UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Davidis Regii Prophetae Psalterivm

Moritz <Hessen, Landgraf>

Smalcaldiae, 1593

VD16 B 3258

Psalmvs LXX. Deus in auditorium meum &c.

urn:nbn:de:hbz:466:1-68864

Visual Library

Incola, quicquid in his viuida mẽbra mouet.
Seruabit Deus & firmabit tecta Sionis,
Extruet atq; vrbes, inclyte Iuda, tuas.
Vt certas poſſint in eis ſibi figere ſedes,
Et poſſeſſores ſint tibi perpetui.
Illius hæredes ſeruorum ſorte tenebunt
Hanc ſedem, quia tàm nobile nomen amant.

PSALMVS LXX.

Deus in adiutorium meum &c.

VT mihi ſuccurras feſtinus adeſto, Iehoua,
Vt miſerum redimas, fer properanter opem.
Tu fac, eos turpis pudor & confuſio turbet,
Conſiliis prauis qui mihi damna ſtruunt.
Interituq; meo quibus eſt nil gratius vnquam,
Te, trepidos, oro, vertere terga iube.
Opprobrium meritò referant & dedecus, oro,
Clamantes: prorſus perditus, ecce iacet.
Queìs tua, lætentur, quæſita redemtio ceßit,
Dicere non ceſſent: laus tibi, ſumme Deus.
Cùm miſer auxilio nunc ſim deſertus ab omni,
Tu Deus aduentans, quæſo, morère nihil.